

R. P. M. F. PETRI

R. P. M. F. PETRI

DE

MURGA

OPERA

CANONICA

ET MORALIA

In duos Tomos divisa.

R. P. M. F. PETRI

De la biblioteca del DE MONDE AUERCA

MURGA

ÆMILIANENSIS, BENEDICTINI

Monachi Hispanicæ Congregationis : in Antiquissimo, Celeberrimo, Regioque Hyrachensi Asceterio, Profelli,
& ejus almæ Vniuersitati adscripti.

OPERA

CANONICA ET MORALIA,

Tomus Primus Bipartitus.

DE APPELLATIONIBUS

IN

COMMUNI, ET QUOAD REGULARES,
CONTINENS.

OPUS SANE, NEDUM UTRIVSQUE JURIS PROFESSORIBUS,

Theologis Moralibus, Præfulibus, Judicibus, Advocatis, Procuratoribus, negotiorum gestoribus, sed omnium hominum statibus, maxime Regularium per utile, plausibile & scitu valde necessarium.

Cum Indicibus necessariis & Absolutissimis.



LUCERNE,

APVD IOHAN. BÖTTIGER.

M. DC. LXXXIV.



PER-ILLVSTRI DOMINO,
 DN. MATHIÆ DE LARRANIAGA,
 In Sacra Theologia Doctõri, Priori de Velate, Dignitati
 Sanctæ Ecclesiæ Cathedralis Pampilonensis dignissimo, ejusdem Diocesis,
 & Compostellanæ, Visitatori vigilantissimo, & Sancti Officii
 Inquisitionis contra hæreticam pravitatem
 Commissario emerito.



Olumen hoc meum de *Appellationibus* & scriptum, & inscriptum, ut in lucem, ut opto, prodeat, undique tutum, munitum, & gratum, tuum nomen, Doctor Sapientissime, & ad hoc potentissime, forte audax, non tamen improvidus, aut temerarius usurpo, quia illud, non ut contemptum pariat appello usurpatorie, sed ut honorem mihi, meisque appellationibus splendorem conciliet: quasi necessitate compulsus iuvoco: non ex contemptu, ut ait Bernardus usurpatio nascitur sed ex usurpatione appellationum, contemptus: at in hoc genere in quo nuncupo, & usurpo tui nominis ornamentum, honor, & decus Authori, & suo Operi pullulabit, non nominis tui contemptus, proles erit, quod pronius erat formidare, & providere. Nam ut interim omittam de claritudine, & splendore famæ tuæ, quæ propriè est tuum optimum nomen, est etiam ipsam materiale nomen, quo insignis, quasi qui Omen, & præfagium certissimum omnium virtutum, & honorum, quibus nunc viges, florereque amplius dignus es. Ab ipsis enim statim lauralibus undis, fortitus es, ut *Mathias* nomine emergeres, quod ab Hebreo fonte cadens, humilem, & parvum sonat. Cardinalis Aratus, ad Act. Apostolorum: *Constituere duas, Joseph, cognomine Justum, Mathiamque, qui Dei parvum, quod nomen ut ajunt Hebreo sermone sonat, humilemque vocando comprobat . . . parvi merito transcenditur ille, laude hominum, qui justus erat.*

Cardin.
Aratus
in Act.
Apostol.

En quam fatum laudibus nomen præclara sorte natum, à Patre luminum datum, vere enim illud Os Domini perforavit, ut esset nomen exinanitum ejus, qui cum in Dei forma esset, formam servi humilis accepit, cujus aures in testimonium servitutis, & humilitatis perforavit, ut protinus vocatus diceret, *Ecce venio.*

Hæc igitur virtus, quam nomen hoc profert, reliquarum omnium fundamentum, & vertex est sive à Deo corona est, exaltatio enim omnis illi imititur, illique debetur. Hoc nomen Sors Divina, rationis, & consilii plena nomini accrescentis, & cognomini *Iusti* præposuit, qui in imò, & fundo urnæ subsedit, qui jamjam extrahendus videbatur, ut sublimior, & superior in galea. Hinc jam velim meæ fortis fausta ratio, & consultissima electio commendetur, quod ad præsidium, & altiorent titulum mearum *Appellationum*, Te Dominum *D. Mathiam*, appellaverim: ut felicem lucubrationum istarum ad portum appelleret, Cimbula tuo nomine, & turamine illustrior, & faultior, quam illa fuit, de cujus præsidio suam jactat felicitatem doctus, & nobilis exul, his versibus:

*Est mihi, sit que precor, flava tutela Minerva
 Navis, qua à pilla Casside nomen habet.*

A Nomine ergo tuo, à tutela, & præsidio, Cassideque, ac Egide Palladis, seu Minervæ Sacræ (cujus Doctor niveo apice fulges, per omnia
 candidus



X præscripto Romani P. N. Magistri Fr. Bernardi Gomez, hujus Regii Cœnobii Divi Benedicti de Sancto Facundo, & Sancti Facundi oppidi Abbatis, & Judicis Ordinarii, Supremi, Regiique Senatus Consiliarii, &c. hunc librum *de Appellationibus* inscriptum à R. P. Magistro Fr. Petro de Murga Amilianensi, Regalis Domus Sanctæ Mariæ Hyrachensi Monacho professore, ejusdem almæ Universitatis peritissimo Laureato Magistro editum, continuisque lucubrationibus acsolutum, jucunde, attentè, & abeurate perlegi; cujus lectio grata sic mihi fuit, ut me ad alia munera non otiosum, ejus dulcedine faceret, tanta profecto styli suavitate me detinuit, peracutisque sententiis tanquam dulci mentis pabulo animam ita pavit, ut longius voluminè procedere optarem; quapropter hujus operis justa magnitudo mihi brevius est visa. Cum ergo tanti Magistri nomen preulecim, quidquid ad clausulam elocutionis adjecero, superfluum poterit judicari, & ut uno verbo meam judicium, hujusque egregii Magistri laudes proferam, sentio à reliquis hujus Authoris scriptis, non discrepare, in nulloque fidei, aut bonis operibus adversari; sed gaudere sana, & apinis convenienti doctrina, Autoreque digna, & ab omnibus communiter recepta. Imò nihil ad hanc materiam de Appellationibus pertinens relinquit quantumvis difficile, & ab aliis forte prætermisum, quod non tradat, admirabili, tum sapientiæ, tum verborum profunditate, pondere, & claritate. Ut igitur opus tam egregium, ad omnium manus perveniat, jure censeo, typis mandari deberi, quod in maximam Dei gloriam, Christianæ Reipublicæ utilitatem, nostræque familiæ splendorem, cessurum spero. In hoc dicto Monasterio, tertio decimo Kalend. Novembris, anno ab Incarnatione Domini M. DC. LXXVI.

Frater Petrus de Otero.

Licencia del Ordinario.

Nos Magister Fr. Bernardus Gomez, Dei, & Apostolicæ Sedis gratia, Abbas Sancti Facundi, nullius Ducepsis, Ordinarius in districtu, & territorio nostræ Abbatiæ, cum omnimoda, & privativa quasi Episcopali jurisdictione, pro utroque foro, in spiritualibus, & temporalibus, Regiæ, & Catholicæ Majestatis Consiliarius, Judex Conservator Salmanticensis Universitatis, &c. R. P. Magistro Fr. Petro de Murga, Amilianensi, Monacho Benedictino Hispano, in Hyrachensi Cœnobio professore, & in nostro Sancti Facundi Conventuali, tenore presentium, quoad nostram Ordinarium Jurisdictionem spectat, liberam, & plenam concedimus facultatem, licentiam, & veniam, ut typis mandare possit, & valeat librum à se ipso elaboratum, cui titulus est; *Tractatus Canonicus de Appellationibus*, per R. P. Magistrum Fr. Petrum de Otero, Primum Sancti Facundi Concionatorem, de Commissione nostra, recognitum, & approbatum. Datis in nostro Regali Sancti Facundi Cœnobio, die duodecima Mensis Septembris, Anno à Christo Domino Nostro nato, Millesimo, sexcentesimo, septuagesimo sexto, manu nostra subscriptis, sigillo nostro munitis, & per infra scriptum Notarium roboratis.

*Magister Frater Bernardus Gomez,
Abbas Sancti Facundi.*

Locus + Sigilli.

De Mandato Rœni Domini Abbatis

*Fr. Didacus de Fonseca
Notarius.*

Declara-



R. P. M. F. PETRI

DE

MVRGA AEMILIANENSIS,

BENEDICTINI MONACHI HISPANI.

TRACTATUS CANONICVS

DE

APPELLATIONIBVS. IN COMMVNI.

PARS PRIMA.

QVÆSTIO PRIMA.

Quid sit Appellatio?

RESPONDEO, quod Appellatio est, a minori iudice, ad maiorem facta provocatio. Ita ex L. 1. §. Si quis in appellatione ff. eodem iure, Gloss. Verbo Officiali, in cap. 2. de Consuetudine, Pax Jordanus, de Re Judiciali, tom. 3. lib. 4. tit. 26. num. 3. cum Scaccia de Appellatione, lib. 3. p. 2. quest. 1. artic. 1. Pater Lezana, tom. 2. par. 3. verbo Appellare, num. 2. cum Sylvestro, verbo Appellatio, num. 2. Paulus Layman, tract. 6. de Iudicio, cap. 6. num. 1. Elig. Bassus, tom. 1. verbo Appellatio, num. 1. Martin. Bonacina, tom. 3. dist. 1. quest. 3. puncto 1. num. 1. & ego ipse, in Disquisitione, de Jure, & potestate Generalis, post Quaestiones Pastorales edita, num. 94. Et ratio est: quia major, corrigere habet, quod inferior fecit, non autem e contra, cap. Si quis a probo, §. 1. dist. cap. Cui inferior, de Majoritate, & obedientia, cl. 16. ubi Glossa, verbo Parentem. Neque æqualis cum par, in parum, non habeat imperium, juxta Juris axioma, quod late exornat Barbosa, tract. de Axiomatib. axiom. 174. num. 1.

1. Ex qua distinctione plura insert Jordanus, loco citato. Primum, quod a sententia Papæ, Imperatoris, & Principis non recognoscentis superiores, non datur appellatio. Ita num. 4. Secundum, quod interposita ad minorem Judicem non valeat, etiam si per errorem factam sit, Sic num. 3.

Tom. I.

Tertium, quod appellatio ad minorem, consuetudine introduci non valeat. Ita num. 6. Quartum, quod nec hoc valeat statuto cavere. Sic num. 7. Quintum, quod nec per pactum. Ita num. 8. Sextum, quod neque possit consuetudine introduci, quod ad æqualem appelletur. Limitat tamen dicitur, dupliciter. Primum, ut ab interlocutoria, ad eundem Judicem possit appellari. Sic num. 14. Secundum, ut a Papa & ab aliis Superiorem non recognoscentibus, male informatis, ad ipsos melius informatos, appellari possit. Ita num. 17. ex cap. Cum ex litteris, de integritate restitutione. Et infra sub num. 16. distinguit Appellationem, in latam, & strictam, seu improprie sumptam: Propriam appellat illam, quæ judicialis est; improprieam verò, & latam, extrajudicialem.

3. Extrajudicialis Appellatio est, quæ sit extra iudicium, processu non formato, ac proinde nec lata sententia: & aliquando interponitur a presenti, & jam illato gravamine; aliquando a verisimiliter infertendo de futuro. Emmanuel Roderic. tom. 1. quest. Regular. q. 19. art. 1. Paulinus Berti, de Præi. Crimin. Regularium tit. 17. cap. 1. num. 10. Bassus, tom. 1. verbo Appellare, num. 2. Hieron. Roderic. in Compend. q. 9. Regular. restit. 10. num. 1. Lezana, loco citato. Laurent. de Peyrinis, de Privilegiis, tom. 3. cap. 4. num. 20.

A

R. P. M. F. PETRI

DE

MURGA

ÆMILIANENSIS, BENEDICTINI

Monachi Hispanicæ Congregationis : in Antiquissimo, Celeberrimo, Regioque Hyrachensi Asceterio, Professi,
& ejus almæ Vniversitati adscripti.

OPERV M

CANONICO-MORALIUM.

TOMVS SECVDVS.

QVÆSTIONES PRACTICAS,
SELECTAS, AC VARIAS, CANONICAS,

& MORALES, ad aliquos Juris Canonici Titulos spectantes,
Summa cum diligentia discussas, exhibens.

OPUS OMNIBUS LITERARUM ECCLESIASTICÆ DISCIPLINÆ,
ac Moralis Theologiæ amatoribus, Prælati maxime, Confessariis, &
aliis Ecclesiasticis personis, tam sæcularibus atque
Jurisperitis perutile.

Cum Indicibus necessariis & absolutissimis.



LUCERNÆ,
APVD IOHAN. BÖTTIGER,

M. DC. LXXIV,